

pro me deum exorent, concedo et firmiter annuo tres partes decimarum totius istius plebis scilicet sancti Petri episcopatus cum omnibus primitiis et offersionibus vivorum et mortuorum, quidquid in sancta episcopali ecclesia offertur seu in altari ponitur vel in pavimento locatur, excepta quarta portione tritici et vini, quam in mea potestate reservo. Insuper quoque hoc meę potestati et successorum meorum reservo, ut, si de supradicto numero clericorum aliquis obierit, ego vel successores mei in loco defuncti alium restituant cum consilio archipręsbiteri et archidiaconi aliorumque fratrum cum laudatione. Quin etiam supra dictis canonicis et successoribus eorum iure canonum trado et obnixie annuo quidquid supra legitur in perpetuum habendum tenendum et possidendum sine omni impedimento. Si aliquo vero in tempore vel ego vel successores mei instigante diabolo hoc decretum frangere voluerint, sciant se composituros esse supradictis canonicis atque successoribus eorum optimi auri libras quinque et annatematicis vinculo innodati cum Iuda traditore in perpetuo maneat. Qui vero pio intuitu fidelis custos huius nostri decreti extiterit, benedictiones ab omnipotenti deo consequi mereatur.

Actum Bononię anno dominicę incarnationis millesimo quadragesimo quinto, Gregorii summę sedis pontificis anno videlicet primo, regnante Henrico filio Conradi imperatoris anno sexto, die decimo sexto mensis augusti, in domo episcopatus Bononiensis, indictione tertia decima.

† Adalfredus episcopus mea manu scripsi¹, presentibus¹ Adalberto filio Attoni cum tribus filiis suis, Atto, Adalberto, Burelo, Petro Bonici, Rusticello et Carbone consoprini de Cassianis¹.

†² Fusculo Bruto sicut³ supra [legitur] scripsi [merogatus testis]³.

† Ugo vicedomino mea manu scripsi.

† Tegrino manu mea⁴ scripsi.

† Aimericus manu mea scripsi.

Rogatus testis⁵ ego Verardo filio Vuevo⁶ manu mea subscripsi⁷.

1) A B C D; ich vermute, im Original stand: 'subscripsi. Signum † manibus rogatis testibus'. 2) D (vielleicht nur Ergänzung Savioli's); fehlt in A B C.

3) So glaube ich ergänzen zu dürfen: 'sit suprascript. etc.' A C; 'sic suprascripsi etc.' B; 'sicut supra scripsi' D.

4) B; fehlt in A C D.

5) 'Rogatis testibus' A B C D.

6) A B C D.

7) C D; 'suprascr.' A.